

Codice Diplomatico Longobardo I, 15

In nomine domini Dei et saluatoris nostri Iesu Christi. anno regnante domino nostro
Liutprand uiro excellentissimo rege, anno regni eius primo, die mercurii decimo mensis
augusti, in sancto Laurentio, indictione decima; feliciter. Ecclesie matri Sancte Marie matris
Dei. Ego Urso filius domni Magniphredi gloriosi ducis de ista ciuitate Cremonensi uolens,
sicut religioso presbiter conuenit, peritura huius mundi ad sancto Domini commendare
altario, ut in eterna Dei tabernacula recipiam mercede, cum bona gracia et licencia eiusdem
domni Magniphredi ducis uir illustrissimus patre meo, ad fundamentis fabricis uestibulis et
luminariis ecclesie nostre matris in honorem sancte Marie dormientis constructa platea
ciuitatis et baptismatis inter me decreui omnem substantiam facultatis mee in integrum dare
et pro mercedem anime mee et matris mea Mathilda honoranda femina offerre Deo et
sancte Marie matris eius in ecclesia sua matre totius Cremonensis ecclesie. ideoque ego qui
supra Urso religioso presbiter, licet indigno, de ista sancta Maria maiore ciuitatis nostre
Cremonensis do et dono in perpetuum et pro indefinito portiuncula mea quanta pars mihi
aduenit ad matre mea Mathilda bone memorie honoranda femina filia domni Dagilberti
quondam gloriosi ducis ciuitatis Placentine uiro illustrissimo, et abet in territorio ipso
Placentino iuxta Florentiam uicum. excepto campora qui dicitur de Frascaneto, quem in
potestatem monasterii de Domino auctore et beati Petri qui dicitur etiam monasterium
Tobie in ualle Placentina que dicitur de Thola inter montes dimisi et dedi per aliam
chartulam donationis, mihi item consenciente idicto patre meus. omnia et in omnibus parte
mea, cultum et incultum, mouile et immouile seque mouentibus, omnia in intergrum offero
Deo et sancte Marie matre eius in ecclesia nostra maior, in qua religioso presbiter de
cardine, licet indignus, esse uideor: scilicet in territorio Placentino curte que dicitur
Torquina, cum campus, uineis, pratis et adiacentibus suis, et sunt pertice legiptime centum
octoginta; item curte iacet loco ubi dicitur Bonauea, cum prato, campus, et ipsa uinea est
pro mensura iusta pertice legiptime centum guinquaginta; item in loco qui dicitur Uiculus
casa et fundo, sunt pertice legiptime sessaginta; item casa una in ciuitate Placentina cum
curte et orto prope basilicam sancti Antonini, coerit ei da tres partes eiusdem sancti
Antonini, da meridie uia pubblica. que autem omnia dedi in canonica Cremonensi
reuerentissimis presbiteris et diaconis fratres mei de cardine eiusdem sancte Marie matris,
et accepit nomine eorum Syluinus uenerabilis primus presbiter. et eidem uenerabili Siluino
nomine fratrum nostrorum ut qui in perpetuum fuerint in eadem ecclesia matre presbiteri et
diaconi do et offero in territorio Cremonensi insolam meam de Gussala, que mihi ad patre
meo donatione aduenit cum omni mouile et immouile et semouentibus. similiter quiquid in
die obitus mei auere uisus fuerim, ut conquerere potuerim, ut quocumque legiptime modo
mihi in ius aduenerit, in integrum ueat et possideat eadem ecclesia maior de Sancta Maria
ut presbiteri et diaconi de eiusdem cardine quem mihi eredem constitui in integrum. et ideo
ego qui supra Urso indignus presbiter de eadem Sancta Maria maiore ciuitatis Cremonensis
uolo et hordino, ut omnes serui mei ut aldiones utriusque sessus et etatis a die mortis mee
abeant seruire iam dicte ecclesie Sancte Marie uel qui in ea fuerint presbiteri et diaconi.
uolo autem et hordino, quod omnes mulieres ille liuere, que usque nunc, dum liuere essent,
seruis meis se in matrimonio tradiderunt, cum maritis suis et filiis et filiabus, qui ex eis nati
sunt, sint proaldiones et aldiane, et insuper haueant per caput unus quis mundium solidos
quinque Cremonenses, ut illis antea a bone recordationis domna et matre mea Mathilda
concessa sunt, tam in insola mea de Gussala quam in territorio Placentino. Ut autem hec
mea donacio in integro Deo et beate Marie in canonica eius indefinito maneat confirmatam,

hanc cartulam donacionis Formosa uenerabilis presbiter de eodem ordine tradidi
roborandam. Acto ciuitate Cremona, in domo canonica, in caminata maiori; feliciter. + Ego
Urso sancte Cremonensis ecclesie de ordine presbiter indigno a me facta probauit et
susscripsi. Ego Magniphredus dux ista ciuitate Cremonensi consensi et subscrispi. Ego
Uspinellus frater dicti Ursoni presbiter interfui et subscrispi. Ego Caccia filius Magniphredi
ducis et frater iam diti Ursoni reuerentissimo presbiter interfui et subscrispi. + Ego
Syluinus primerius in Sancta Maria maiore de Cremona hanc cartulam donacionis probauit
et accepi nomine meo et fratrum meorum presbiteri et diaconi de ordine eiusdem sancte
Marie, et in ea subscrispi. + Signum + + + + + manum Adamini, Olfridi, Ratechild,
Sabini, Poncii, Alphridi et Iohannis testes. + Ego Formoso presbiter de ordine Sancte Marie
Cremonensis et eiusdem sancte ecclesie notarius ex rogatu Ursoni reuerentissimi et
religioso presbiter de ipsa sancta Maria uir illustris benefatori et donatori hanc cartulam
donacionis scripsi et perpetuis temporibus roborando subscrispi et consignauit.